

collegio uel maiori parti uidebuntur, per illum modum, qui fuerit expediens.

9

Πολλὰ κτήματα ἐν Χανίοις, Ρεθύμνῳ καὶ Σητεῖᾳ καὶ ταῖς περιοχαῖς αὐτῶν, περιελθόντα εἰς τὴν κυριότητα τοῦ δημοσίου, ὥς δημευθέντα κατὰ τὴν ἐπανάστασιν, καταστρέφονται καὶ ἰδιοποιοῦνται παραμένοντα εἰς ἣν κατάστασιν εὗρισκονται. Πρὸς τοῦτο νὰ γραφῇ εἰς τὴν διοίκησιν Κρήτης καὶ τοὺς ἄλλους ρέκτορας τῆς νήσου, ὅπως τὰ κτήματα ταῦτα πλειστηριασθῶσι κατὰ τεμάχιον κατακυρωθῶσι δὲ εἰς τὸν πλειοδότην δεδομένης δεκαετοῦς προθεσμίας διὰ τὴν καταβολὴν τοῦ τιμήματος κατὰ δόσεις. Εἰς τὰ κτήματα ταῦτα δὲν συμπεριλαμβάνονται τὰ τιμάρια, τὰ ὅποια ἐκπλειστηριάζονται ἐν Βενετίᾳ. 1383, Μαΐου 15.

Fo 30r Millesimo trecentesimo LXXXIII, die XV Maij.

1

Capta. Cum sint multa loca, territoria et possessiones in Candida, Canea, Rethimi et Sythia, et eorum districtibus, que tendunt ad malum et in dispersionem, et que propter rebellionem uenerunt in nostrum commune, et stando sicut stant, iura nostri communis multum perduntur et diminuuntur, propter quod 5 necessarium est super hoc prouidere. Consulunt sapientes Crete quod scribatur et mandetur regimini Crete et alijs rectoribus insule quod omnia territoria, loca et possessiones, que propter rebellionem uel ab inde citra, uenerunt in nostrum commune, poni facere debeant ad incantum ad partem deliberando ipsa plus offerentibus et statuendo terminum illis, qui illa acceperint, soluendi illud, quod 10 fuerint incantata usque decem annos uel ad minus quam melius facere poterunt, ita quod singulis annis soluant decimum uel secundum quod fuerint incantata, non intelligendo in hoc cauallarias uel seruentarias, que debeant incantari in Venetijs, sicut alias captum fuit per nostra consilia, committendo dictis rectoribus quod si que de dictis seruentarijs uel cauallarijs affictandis sunt ad presens 15 in eorum regiminibus, uel erunt imposterum, illas debeant dominio denotare et qualitates ipsarum; nec etiam intelligendo in hoc loca et territoria antiqua nostri communis ante rebellionem, que debeant incantari ad illud tempus per ipsos rectores quod magis uidebitur sibi utile pro nostro communi, ponendo mentem diligenter, quod talis cautela adhibeatur in affictione predicta, quod iura nostri 20 communis non possint fraudari, sed semper remaneant salua et illesa. Uerum si essent aliqua de predictis locis et territorijs suspecta uel dubia, remaneat in libertate et discretione ipsorum rectorum illa affictandi uel non affictandi, prout uiderint esse bonum pro securitate et conseruatione ipsorum locorum et terrenorum. 25

10

Οἱ ταμίαι Κρήτης παρεπονέθησαν, ὅτι παρεμποδίζονται ὑπὸ τῆς διοικήσεως εἰς τὴν εἰσπραξίν τῶν ὀφειλομένων πρὸς τὴν κοινότητα. Πρὸς τοῦτο, συμφώνως τῇ γνώμῃ τῶν σοφῶν, διατάσσονται

